Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/320820

14

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

BARTH. JAC. LINTELO DE GEER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT., PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

THEODORUS HELENUS VAN REES,

Zutphaniensis.

DIE XXVII M. JUNII A. MDCCCL, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD VAN HEIJNINGEN & POST UITERWEER.

MDCCCL.

TYPIS K J. GIEBEN.

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Mulier apud Romanos, constante matrimonio habebat dominium rerum propter nuptias donatarum

II.

Emptor hereditatis petere potest a venditore, quod ad hunc jure accrescendi pervenit.

III.

In definitione furti l. 1, §. 3 D. de furtis, voce contrectatio intelligendum est factum amovendi, nec obstat §. 6 J. de Oblig. quae ex delicto, neque l. 27, §. ult. D. de furtis.

IV.

Sunt etiam alii modi dominii acquirendi, quam enumerantur in art. 639 Cod. Civ.

V.

Res, quae usu consumuntur, non possunt locari conduci, nisi ad ostentationem tantum.

VI.

Is, qui minori utiliter necessaria praestitit inde actionem habet contra patrem.

VII.

Qui per sententiam Judicis post mortem matris filius naturalis pronuntiatus est; ei heres existere potest.

VIII.

Minime probandus est Legislator Batavus, cum in causa divortii nullum discrimen inter adulterium a marito et illud ab uxore commissum, constituerit.

IX.

In summarissimo quod dicitur, (procedure in kort geding) auxilio procuratoris non opus est.

X.

Creditor potest arresto praecludere quod ipse debitori suo debet.

XI

Si nauta, nondum itinere peracto, magistrum in jus vocat, judex de re sententiam dicere tenetur.

XII.

Non solum creditores, sed etiam curatores rescissionem petere possunt illorum, quae in fraudem creditorum facta sunt (art. 777 Cod. Merc.).

XIII.

Si plures sunt assecuratores ejusdem rei, tamen instrumentum assecurationis ab omnibus subsignatum, praestari debet intra unum (art. 259 C. M.) vel octo dies (260 C. M.).

XIV.

Qui testimonium juramento confirmare nequeunt, propter falsum testimonium incidunt in poenam art. 361 Cod. Poen.

XV.

Qui testem corrumpit, incidit in poenam art. 365 Cod. Poen., etiam si falsum testimonium subsecutum non sit.

XVI.

Appellatio in causa delicti potest interjici eadem ratione qua cassatio per quemlibet rei mandatarium.

XVII.

Verba art. 183 Cod. Quest. Crim. »*godsdienstige gezindheid*" non solum mihi videntur accipienda de sacris publice agnitis.

XVIII.

Res mobiles, quae non propter naturam suam sed propter delictum alterius publicata sunt, a domino vindicari possunt.

XIX.

Per pacta effici nequit, ne unquam bellum geratur.

XX.

Emtio venditio nominum publicorum non prodest civitati.

XXI.

Civitati prodest, peregrinos mercede conductos hic operas praestare.

1901112